



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... vel ... paud Jonathanen & in Targum Hieros. ... solea.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

LIBER PRIMUS. 137

quod est *vinculo constringere*, soleam
appellarunt, ut quod in soleis præ-
cipuum est, pedem vinculis con-
stringere, ipsa voce denotarent.
Est enim in soleis plane necessa-
rius vinculorum usus, unde opti-
me *soleam* Hebræi **שול** vocarunt,
quomodo & Latini *vincula* sæpe
pro *soleis* usurparunt, uti jam du-
dum Achilles Staius, Thomas
Dempsterus, Claudius Salmasius,
Benedictus Balduinus, & alii do-
cuerunt.

Stat. ad
Tibul. l. i. r/
Eleg. 5.
Dempst. ad
Ros. p. 44r
Salm. ad
Tert. Pal.
cap. 5.
Bald. de
Calc. Ant.
cap. II.

V. Vocem **שול** *soleam* significa-
re, etiam innuere videntur vetusti
interpretes. Apud Jonathanem in
Legem, & interpretem Hieroso-
lymitanum **שול** **שול** respondere **שול**
vel **שול**, jam diximus, & multis
exemplis ostendit in magno & im-
mensi laboris opere vir eximius
Johannes Buxtorfius. Hoc vero
est ipsissimum Græcorum vocabu-
lum *συνδάλιον*. R. David Coen de
Lara, ad vocem **שול**: **שול**
G. *συνδάλιον* L. *Sandatum*, *calceo-*
rum genus. H. *Sandalio: un cierto*
calzado que usavum los antiquos.
Atque uti apud Græcos *συνδάλιον*
soleam notat, ita **שול** vel **שול** de
solea.

Buxt. Lex.
Talm R.
שול
R. Coen de
Lara in
Conveni-
entia Vo-
cabulorum
Rabbin.
cum Gr. &
Lat. &c.

138 De CALCEIS HEBRÆOR.

solea usurpatur. Id ex eo non tantum constat, quod laminas ferreas quibus solebant cunas & puerorum lectulos circa pedes munire, Talmudici vocant סנדל של עיסה *Sandalium lecti*. & equorum soleas סנדל נחמה של מחנה *Sandalia jumentorum ex metallo*, verum etiam quod *soleam*, piscem marinum, סנדל apellant. Exstat ea vox pro pilce plano, quem *soleam* Latini vocant, in codice Nidda, de qua R. David Coen de Lara ad vocem סנדל : סנדל דג דומם לסנדל : סנדל G. σενδάλιον *L. piscis, qui Latine solea, ut Plin. & lingulaca, ut Plauto.* Unde, cum Jonathan & Targum Hierosolymitanum pro Hebræo סנדל habeant סנדל vel סנדל, quæ vox non nisi *soleam* significat, ex vulgato usu, quem ex Græcorum lingua retinuit, manifestum est סנדל ipsos pro *solea* sumpsisse. Neque aliter veterunt LXX. Interpretes, qui pro סנדל aliquando habent σενδάλιον, aliquando ὑπόδημα. Et quidem σενδάλιον non nisi *soleam* esse constat satis. ὑπόδημα pro calceo cavo sæpe quidem sumitur apud Græcos scriptores, attamen hoc discrimen

Oholoth.
cap. 12.
Kelim
cap. 14.

Nidda
fol. 25.
R. David
Coen de
Lara Loc.
cit.